



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1862**

IX. Markgraf Otto vereignet zu seinem Seelenheil dem Kloster Arendsee  
das Dorf Wendisch Gutzin, am 2. August 1253.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

cionis testes sunt Ghotfridus, Canonicus in Steyndal, Et Heynricus, in eadem ecclesia canonicus, Ghyfelerus, tunc Cappellanus curie, de laycis autem Wernerus Comes de luchowe, heynricus Comes de Zwerin, Gardolfus de hadmerfleue, fridericus de haffele, Tydericus dapifer, Rodolfus pincerna, fredericus de welle, Gherardus de Retuelde, et alii quam plures fide digni. Acta sunt hec Anno dominice incarnationis M°. CC°. XXXV°. XIII kalendas septembris.

VIII. Markgraf Otto überläßt zum Seelenheil des Ritters Albert Valie eine Hebung aus Neuwinfel dem Kloster Arendsee, am 20. September 1252.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Quoniam ea, que temporaliter fiunt, cum temporis instabilitate pretereunt, necesse est, ea et uocibus testium et scripturarum munimine confirmari, Vt per ea Rem gestam possit in posterum posteritas conprobare. Notum igitur esse cupimus Crisi fidelibus uniuersis presentem litteram inspecturis presentibus pariter et futuris, quod nos ob reuerenciam dei omnipotentis et Remuneracionem uite eterne et ad petitionem dilecti fidelis nostri Alberti militis dicti Valie, seruiciis suis multiplicibus, que nobis exhibet et exhibuit indefesse ammoniti et inducti, unum chorum Siliginis in villa nyenwinkele situm, quem dictus Albertus pro suorum promerenda Indulgencia peccatorum de suis elemosinis comparauit, Ecclesie in Arnesse contulimus cum omni Jure, quod habuimus in eodem, liberaliter ac proprietatis tytulo perpetuo possidendum. Vt autem hec nostra donacio inconuulsa permaneat, et ne in posterum ab aliquo heredum siue posterorum nostrorum valeat immutari, presentem litteram super eo in testimonium dandam duximus appensione sigilli nostri arcus communitam. Huius autem rei testes sunt Johannes de Rossow, Johannes de perleberg, Conradus de Osterborch et Johannes de Crakow, et alii quam plures. Datum apud Arneborch per manum heinrici, Canonici Stendalensis, Curie nostre Notarii, Anno domini M°. CC°. LII°. XII°. kalendas octobris, Indictione Xa.

IX. Markgraf Otto bereignet zu seinem Seelenheil dem Kloster Arendsee das Dorf Wendisch Gugin, am 2. August 1253.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, dei gracia Brandenburgensis Marchio, omnibus in perpetuum. Ne quod a nobis ad laudem dei agitur, cum tempore defluente transeat et labatur, necessario requiritur et est iustum, Vt hoc per scripta autentica et testium voces

confirmetur, per que res gesta ad noticiam deuenire valeat posterorum. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam postfuturis Cristi fidelibus vniuersis presens scriptum visuris, quod nos propter amorem dei et desiderium future glorie, que in nobis reuelabitur misericordiarum domino concedente, et ad honorem gloriose semper virginis marie, Ecclesie in Arneffe proprietatem ville Slaualis, que Gutzin vocatur, dedimus animo liberali cum omni Jure, quod nos habuimus in eadem, vel quod nobis aut nostris heredibus in ipsa posset cedere in futuro, firmam spem fiduciam gerentes, quod Sanctimonialium dicte ecclesie preces apud deum et Beatam virginem nobis debeant delictorum nostrorum veniam impetrare. Vt autem hec nostra donacio perpetuum robur obtineat et vigorem, et ne in posterum a quoquam heredum seu eciam successorum nostrorum mutari valeat vel infringi, presentem paginam conferibi super eo iussimus et Sigilli nostri munimine roborari. Huius rei testes sunt Domina Beatrix, Inclita vxor nostra, Johannes, primogenitus noster, Conradus, filius fratris nostri, Adolphus Comes de dannenberch, Johannes de Rossowe, Johannes Gans de perleberg, Olricus de Crughe, Georgius de hydaker, Johannes de Crakowe, Ericus de Gardelegen, et alii quam plures. Datum Arneffe per manum heinrici, canonici Stendalensis curie Notarii, Anno domini M°. CC°. LIII°. In die Beati Stephani pape, Indictione XIa.

X. Ablassbrief des Bischofes von Schwerin für das Kloster Arendsee, vom 13. Januar 1271.

Hermannus, dei gracia Zwerinensis episcopus, Vniuersis Cristi fidelibus presentes litteras audituris salutem in domino. Si ad ecclesias et loca deo dicanda benigne dirigimus aciem mentis nostre et eorum profectibus intendimus diligenter, Nedum exinde retribucionis merita, sed eciam laudis preconia consequimur temporalis. Hinc est, quod nos omnibus Cristi fidelibus vere confessis et contritis, qui dilectis in Cristo Priorisse et conuentui sanctimonialium monasterii in Arneffe Verdenfis dyocesis ad fabricam et ad sustentacionem earundem, cum eis proprie non suppetant facultates, manum porrexerint adiutricem, quadraginta dies et karenam de iniuncta ipsis penitentia misericorditer relaxamus, cum adhibicione consensus dyocesani, presentibus post quinquennium minime valituris. Datum Arneffe, in octaua ephiphanie, Anno domini M°. CC°. LXXI°.

XI. Die Markgrafen Otto und Albrecht überlassen dem Kloster das Dorf Kläden, am 4. Juli 1271.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Amen. Quemadmodum tempus mobile est et semper defluens fluit, ita cum tempore temporales defluunt actiones, Sole enim res diuine perfectissime